



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1691. usque ad annum 1701

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 76. Calvinistarum tumultus in Galliis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67627](#)

Sæc. XVI. præsaga erat Wilhelmina Amalia Joa-  
A. C. 1699 nis Hanoverani Ducis Catholici Filia,  
ac Regia Josephi I. Romanorum Re-  
gis Sponsa, quæ die vigesima quarta  
Februarii Viennam solemni pompa in-  
gressa erat.

## §. LXXVI.

*Calvinistarum tumultus in Galliis.*

*Gottfrid.  
Hist. cont.  
Chron.  
P. 541. l. 13.  
Briet. an-  
nal. cont.*

**A**dhucdum Ludovicus XIV. Franciæ Rex Hugonotas ab erroris semita ad veritatis viam reducere conatus est, huncque in finem die septima Januarii edictum promulgari jussit, vi cuius omnes, qui e Galliis profugerant, amplissimis pollicitationibus ad redditum sollicitabantur, illis vero, qui adhucdum sectæ suæ immortui in Francia hærebant, indicta triremium poena die undecima Februarii inhibuit, ne Regno excederent: Non pauci tamen reperiebantur, qui aut poenarum metu, aut melioris fortunæ spe fidem Catholicam se amplexos simulabant, clam tamen atque in secretis conventiculis Calvinianæ sectæ exercitiis vacabant nullibi tamen majore impudentia Deo, Ecclesiæ, ac Principi suo insultarunt, quam Vectiæ inferioris Occidaniæ oppido; ad hanc enim urbem nundinatum occasione magno numero confluens,

tes,

tes, in variis ædibus insuperhabito Sæc. XVII.  
Magistratus interdicto conventicula a- A.C. 1699.  
gebant, rituque Calviniano sacris in-  
tererant, detecti autem a militibus ex  
improviso adventantibus unaomnes in  
fugam acti sunt, deprehenso nonnisi  
unico Prædicante, qui in carcerem  
raptatus est: Quamprimum vero Hu-  
gonotæ metu soluti e fuga redierant,  
mox insequenti nocte conjurationem  
inter se conflantes, armisque muniti  
carceres effriugunt, ac Prædicantem  
suum inde liberant, tamque ingentem  
in urbe tumultum concitant, ut ægre  
Regiorum Ministrorum auctoritas, mi-  
litumque terror fanaticos hosce pacis  
publicæ perturbatores compescere va-  
leret: cumque ejusmodi conventus,  
seditiones ac tumultus Hugonotæ in  
omnibus ferme Provinciis excitarent,  
& tam pœnarum severitatem, quam  
benevolentiae gratiam libere ac præ-  
fracte eluderent, ipsimet jus necessi-  
tatemque Regi imposuere, ut e Regno  
suo eliminaret religionem, cuius affectione  
omni tempore quietem publicam in-  
turbare, calamitatesque, quibus  
hoc Regnum ob hujus sectæ intempe-  
riem toties involvebatur, rursus indu-  
cere intenti essent.

## §. LXXVII.